

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Menippus sive dialogorum satyricorum centuria inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

24. Boni

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107424)

sunt, siue deniq; tanta est reliquorū malitia, ut liberiores, integrioresq; violenter mergant. *A.* Credibile est multos liberalius habendos, si nos possent derelinquere, qui fame & infamia eos deprimimus. *B.* Lachrymas mihi provocas, cū virum mihi revocas, ingenio, eruditione, morūq; innocentia plane admirabilem, quem nihil perdidit, nisi quod inimicos suos & calumniatores nimium amavit. *A.* Satius itaq; sit esurire, quam ab aliis. *B.* Id virtutis & roboris Christiani sit, quos maxime amicos vis, quorumq; partes studiosissimè sequeris, eos perpetuū experiri iniquissimos.

## 24. B O N I.

*A.* Sultorum plena sunt omnia. *B.* Superba vox est, ambrosiosum Philosophum redolens. *A.* An negabis? *B.* Cum Platone moderatius dicam, homines vehementer bonos aut malos perpaucos esse, medios verò plurimos. *A.* Quid est ergo, quod in ineptissima quæq; irruiat populus, & numero assensu stabilit. *B.* Id doctorum, vel rectorum loquaci astutiâ sit, qui simpliciter credulitate ac promptitudine tantopere abutuntur. *A.* Falleris. nam si quoquo abduci posset, utique frequenter ad virtutes, pietatemque deduceretur, quoties doctores bonos nanciscitur. *B.* Quid à populo impetrari possit, ignorare non potes, si aularum luxus, templorum ornamenta, Academiarum otium, Castrorum labores, ordinum regulas, extorsionum & detorsionum frequentiam vel obiter intuearis. Insuper haud sic insanit populus, ut meliora nō intelligat, si ostendat.

si ostendantur, aut deterioribus substituantur  
*A.* Quid si forte ignores quibus laboribus aut precibus hæc à plebe impetrata sint? *B.* Quibus aliis, nisi fucata eloquentia, & simulata sanctitate, denique picta vi, sive hypocritica tyrannide? Crede mihi, leviculum est opes, sudorem, & sanguinem plebeculæ emendicare, si sit honesta prætenfio, tanta etiamnum est hominum integritas. *A.* Videris mihi sane duritiem & asperitatem hominum ignorare. *B.* Ego ad præsentissima exempla respicio: quis Anabaptistas subito tractabiliores, & rerum sacrarum peritiores facit, tum vita probatissimos, quàm melior reipublicæ institutio? *A.* Tanta scilicet fanaticæ religionis vis est. *B.* Itaque verioris nostræ non tanta erit, ut ebrietatem, blasphemias, rapinas, lites, duella impediatur, vel moderetur saltem? *A.* Valeat illa anabaptistica sanctimonia. *B.* Imò valeant etiam tam enormia scelera nostra, quibus scatemus à minimo ad maximum, à prophano ad religiosissimum: nisi enim ea tanta facilitate indulgeremus, & populi interim nummos capteremus seduli, non deessent media repurgandæ nostræ Ecclesiæ, interim quisquis deuotionem vel nominare, vel desiderare audeat, nimia doctorum liberalitate Anabaptista, vel hæreticus aliquis alius audit. *A.* Nempe tu Papatum nobis reduces, & peccatorum æstimationem. *B.* Potius Christianismum, & flagitiorum fugam. *A.* Si is tantum Christianismus est, ego Christianos vix scio. *B.* Itaque alibi quærere liceat; mihi enim Christi regnum tam augustum non creditur

Quoroc un  
 Subrolarunt  
 perimhi vident  
 nominasti. A  
 guli, & persuader  
 lais, sed nec a  
 bus? B. Nequa  
 ra te. B. Scilio  
 Christiana  
 ere, utrumq; fo  
 uitate perua  
 obrabisi. B. Equi  
 ut veritas ibi  
 bus eluditur,  
 inio obruitur.  
 uationemque  
 probavit. B. Ne  
 quibus regulis  
 nunciatur form  
 us enim ea exad  
 omnis ætas ab  
 scholasticorum  
 uos suos impug  
 imperitant.  
 facerem, nisi  
 tionum, libidi  
 bus, adulationis  
 te ut plurimum  
 quamp